Conclusio. iii. glo. est quod diffinitio Bar. in. d. l. i. non diffinit nobilitatem generis quo ad regulam nostram.

Conclusio. 4. gl. est ꝙ diffinitio Bar. in. d. l. i. non est in totum uera.

Conclusio. 5. glo. est quod hec regula solum loquitur de nobilitate acquisita alienis uirtutibus non propriis ex genere antiquato non moderno.

Conclusio. 6. glo. est quod regula Inno. quam glosat solum ponit duplicem ordinem nobilitatis.

Conclusio. 7. glo. est quod ex regulis Pauli & Sixti colligitur triplex ordo nobilitatis.

Conclusio. 8. glo. est quod licet non fiat mentio hic de nobilitate maxima que puenit ex genere Imperatorum & regum non recognoscentium superiorẽ tamen a forciori includitur ista nobilitas in prima Cellula.

Conclusio. 9. gl. est quod excepta illa maxima triplex ordo est nobilitatis que potest considerari in hac regula maior que est illustrium magna que est ex genere baronum & dominorum terrarum minor que est, aliorum nobilium non habentium dominium uel iurisditionem terrarum.

Conclusio. 10. glo. est quod de nobilitate maiori solum loquitur prima Cellula.

Conclusio. 11. glo. est ꝙ regula in. ii. Cellula forte loquitur, de nobilitate magna.

Conclusio. 12. glo. est quod nobiles ex inferiori genere nobilium preferuntur doctoribus & familiaribus antiquis & sic quod hic ualet arg. ab ordine littere.

Conclusio. 13. glo. est quod se teste omnes recopilatores intelligunt regulã in. ii. Cellula etiam de nobilitate minori idest de illis qui non habent dominium terrarũ qui de iure appellantur nobiles.

Conclusio. 14. glo. est quod quantum ad Hispanos nullus comprehenditur in. 2. Cellula nisi sit de solar conoscido.

Conclusio. 15. glo. est quod nobiles Hispani qui uulgariter uocantur fidalgos nõ

gaudent

gaudent hac regula.
Conclusio.16.est.quod nullus mercator Italie potest dici nobilis.
Conclusio.17.est quod ille cognoscitur de domo antiqua cuius Pater & auus sic uocabantur maxime si portabāt arma & insignia illius domus.
Ex quo infert quod talis presumitur quis qualis nominatur & insignia docent.
In Primis est aduertendum ad intellectum horum uerborum alij uero nobiles ex inferiori genere nobilium.
Pro quorum declaratōe presuppono primo quod tres sunt ordines uel gradus nobilitatum considerati in hac regula maiores medij & minores & sic uocantur p glo.supra in prima Cellula hic autem uocat nobilitates maiores magnas & minores & sic quas supra in prima Cellula uocat medias hic uocat magnas.maiores dicit glo.quod sunt ex ducum Marchionum uel Comitum de quibus in prima Cellula magne uel medie sunt baronum & aliorum dominorum terrarum de quibus in.ij.Cellula sub uerbo forte minores sunt aliorum nobilium qui non descendunt ex supradictis sed ex alijs nobilibus qui nō habent Ducatum Marchionatum uel Comitatum nec dominium terrarum qui etiam de iure uocātur nobiles & de istis nihil in regula Inno.octaui sed de eis & de supradictis loquitur.8.pars regule Cle.7.ibi ex nobili genere procreati que uerba fuerunt postea addita que glosator in sua regula non habebat licet dicat quod ex regulis sixti & Pauli collegit istos tres ordines nobilitatum & quod deberet fieri regula in qua ponerentur isti.tertij ordinis nobilitatum idest minores.
Secūdo presuppono quod isti tres ordines uel gradus nobilitatū & omnis nobilitas diuiditur uel diuiduntur in duas species ut per Panor.in.c.uenerabilis in 3.not.de preben.& sentit gl.hic faciendo differentiam inter propriam & de genere & dicit Panor.ubi supra quod duplex est nobilitas quedam generis & in hac sūt laudandi parentes unde si nobilis est lauda parentes.c.nunq̄.56.dist.alia est nobilitas uirtutum que dicitur animi non generis quam gl.ista uocat nobilitatem propriam & ista ego diuido in duas quia aut non est approbata per Principatum teneñ.& tunc dicitur nobilitas naturalis prout cadit in hominibus quia cōpetit etiam alijs animalibus ut per Bar.in.d.l.1.in.col.7.& de hac dicit Bar.ibi in.8.col.q loquitur tex.in.d.c.nunq̄ & de hac non loquitur ista regula quia non est ciuilis uel politica nec competit ei diffinitio Bar.in.d.l.1.& sic non est secundum communē usum loquendi aut est approbata per Principatum teneñ.& tunc intrat diffinitio Bar.in.d.l.1.& communis usus loquendi quod est qualitas illata per Principatum teneñ.qua quis ultra honestos plebeios acceptus ostenditur & istam nominat hic glo.nobilitatem propriam quam uolo nominare Ciceronianam ut clarius intelligatur & est initium nobilitatis ex genere ideo uocat glo.eam propriam non ex genere & de hac dicit ista glo.in.2.Conclusione quod non loquitur ista regula sed de nobilitate generis antiquata que uocatur in Hispania de solar conocido quā ego nomino Salustianam ut melius intelligatur,ut supra dixi & ego dico quod ista regula loquitur de utraq;,Primo quia si loquitur de salustiana a fortiori de Ciceroniana cum Ciceroniana sit preponēda salustiane unde pulchre dicebat Cicero in

inuenctiuam contra Salustium sanctius est me meis fulgere moribus q̃ maiorum opinione niti ut sim posteris meis nobilitatis initium & uirtutis exemplum & cō-tra eundem dicit & quod defficit in te incipit in me & quod hoc ꝑcedat etiam in as-sequendis bñficijs ecclesiasticis est tex. & glo. & ibi prepositus Alexandrinus i.d.c. nunq̃. 56. dist. ubi tex. dicit quod non est omnino nec de uirtute nec de uitio pa-rentum aut laudandus aliqs aut culpandus & licet Bar. dicat in.d.l.1. in.d. 8. col. in prin. qđ ille tex. loquitur de nobilitate ꝓpria naturali tamen si illa est, preponen-da a fortiori ista approbata p Principatum teneñ. &c. q̄ habet duo uincula de qua loquitur diffinitio Bar. & cōis usus loquendi & lcqtur cicero contra salustium quia Cicero erat Consul & sic approbata p Populum Ro. principatum teneñ. & Salu-stius ex genere Consulis & ideo rñsum fuit p electores Pape dicenti quod elegerūt quendā nobilem ex nobilitate propria non ex genere. Petro Piscatori successorem querimus non augusto & sic nobilē nobilitate propria querimus non agnatione, ut per glo. uulgatam in.c. quoniam uetus in uer. inuidia. 24. q. i. quam ad hoc not. Feli. i.c. cum adeo in fi. col. uers. ex istis intelligitur de rescrip.

Sed ad unum est aduertendum qđ licet nobilitas propria approbata p princi-patum teneñ. preponenda sit nobilitati gñis ut supra dixi tñ hoc intelligo ceteris paribus idest q̧ sint eiusdem ordinis nobilitatis non autem si concurrat nobilis ex genere maiori cum nobilitate propria ex magna qa tunc prefertur illi qui ē ex no-bilitate maiori licet ex gñe illi qui est ex nobilitate magna licet propria p istam re-gulam qa non sunt in eodē gradu uel ordine & idem de nobilitate magna ex gene-re cum nobilitate minori propria qa prefertur nobilitas generis nobilitati proprie p supradicta & sic si Cicero dicebat qđ ipse debebat preferri Salustio erat qa erāt eiusdē gradus qa uterq̧ erat illustris Cicero ex ꝓpria uirtute Salustius ex ꝓgenie.

Secundo q̧ de istis duobus speciebus nobilitatis loquatur ista regula probat̄ p not. per Feli. in.c. sup eo. 2. de testi. in prin. 3. col. ubi dicit q̧ ubicunq̧ fit mentio in statutis de nobilibus intelligit̄ de illis quos Cōis usus loquendi appellat nobiles ut p Bar. i.d.l.i. C. de digni. li. xij. & ulterius dicit & sic puto intelligendas regulas Cancellerie preferentes nobiles ignobilibus sed diffinitio Bar. & cōis usus loquendi ita competit nobilitati Ciceroniane sicut Salustiane qa nobilitas est qualitas &c. & ista qualitas siue mihi sit illata siue antecessoribus meis & eoꝝ ꝓgenici & sic mi-hi qa prout dicit idem Bar. in.d.l.i. in. 8. col. in fi. & in prin. 9. col. ista qualitas pro-pter triplicem rōnem datur aut ꝓpter meas uirtutes aut ꝓpter mea uicia aut pro-pter neutꝝ ipsoꝝ: scilicet nec ꝓpter uirtutes uel uicia sed ꝓpter merita uel uicia pa-rentum que in me nec sunt uirtutes neq̧ uicia sed Princeps uel lex dat mihi istam qualitatē propterea qa uenio ex illis antecessoribus qui differunt a plebeis & sic lo-quitur diffinitio Bar. de utraq̧ nobilitate de qua dixi loqui ista regula & ista diffini-tio Bar. Communiter approbatur nemine discrepante preter istam glo. que dicit quod non est in totum uera tamen nil allegat q̧ possit uideri.

Ista tñ gl. licet diuidat nobilitatē in duas species ut supra dixi scilicet i antiqua-tam & modernā uel propriam tñ tenet qđ hec regula solū loquitur de antiquata ut in. scđa eius Cōclusione & sic uult qđ non loquatur de nobilitate Ciceroniana,

sed

sed Salustiana q̄ diffinit sic qđ est quodā dignum honore priuilegiū proueniens ex radice antiqua p qđ qs differt ab alijs Cōibus hoībus & sic excludit nobilitatē Ciceronianam p illa uerba ex radice antiqua sed sua diffinitio meo iudicio nullo iure ꝓbatur nec in hac regula aliqđ uerbum ponit̄ de radice antiquata & quod loquat̄ de utraq; infra ēt dicam q̄to magis q̄a quanto ex radice antiqori ꝓcedit nobilitas tanto debilior ut in descēdentibus ex antiqs uel ex gn̄e abrahe & iudee ex q bus descendūt iudei uillissimi mancipes & uidemus cōiter degenerari hoīes a suis parentibus & de iure cōi non transit nobilitas ultra ꝑ nepotes ut p gl. & ibi Bar. in d. l. i. col. 12. uers. ex predictis nisi cōsuetudo sit in cōtrariū que debet probari p allegātē ut in aliquibus partibus italie, ut ibi p Bar. nec dicit Bar. qđ hec cousuetudo uiget per totā italiam ꝑut imponit ei Laurentius Calcaneus in cons. 8. nu. 16. col. 7. ubi refert Barto. in. d. l. i. dicentem qđ consuetudo est in tota italia qđ nobilitas transit ad omnes descendentes, quod Bar. non dicit sed in aliquibus partibus italie & debet probari per allegantem, ut ibi per Bar.

Sed circa predicta quero si concurrant duo nobiles eiusdē ordinis uel gradus unus ex gn̄e & propria alter solū ex propria intelligo de qua loquitur cōis usus loquendi qs debeat preferri alteri. & gl. & prepositus in. d. c. nunq̄ tenent qđ ille qui ex parentibus paupibus est nobilis preferr̄ alteri qui licet loquant̄ in nobilitate ꝓpria non approbata tñ a fortiori in approbata ut supra dixi sed Panor. in. d. ca. uenerabilis in. 3. not. de preben. distinguit q̄ primus q̄a habet duo uincula est magis honorandus q̄a duplex decor fulget in eo & parentum & proprius licet secundus sit magis commendandus quia primus habuit exemplum parentum suorum secundus qui fuit natus ex parentibus pauperibus sola dei uirtute fit notabilis.

His presuppositis ad. i. Conclusionē dico uerā ꝑut declaraui in ꝑsupposito. 2.

Secunda Cōclusio non est uera Immo ista regula loq̄tur de utraq; non dico de naturali prout probaui in presupposito. 2. cum nobilitas propria sit preponenda nobilitati ex genere etiam in beneficijs assequendis ut ibi dixi.

Item q̄a si iste tex. loq̄tur de nobilitate ex gn̄e a fortiori de nobilitate ꝓpria quia q̄ncunq; aliqđ attribuitur alteri contemplatione alterius magis ur̄ attribui illi cuius cōtemplatione est illud factum. l. additio. ff. de acqr. hered. l. arma. § attica. ff. de annu. leg. l. filio familias. ff. de con. & demō. sed ita est hic qđ contemplatione nobilitatis proprie iste ex genere est nobilis ex quo datur ei priuilegium prelatiōis ergo datur etiam nobili ex nobilitate propria.

Item quia cā est potentior causato. l. digna uox. C. de legi. & quid iuris est in effectu & in causa. l. quominus. ff. de flumi.

Item quia ꝑpter quod unum quodq; ē tale & illud magis auctē. multo magis. C. de epi. & cle. cle. i. & ibi gl. in prin. de re. & ue. san. quia si dn̄m in sanctis eius laudare iubemur multo magis in seipso & sic si ꝓgenies alicuius gaudet aliquo priuilegio ꝑpter ipsum multo magis ipse idest si nobilitas ex gn̄e gaudet aliquo priuilegio ꝑpter nobilitatem ꝓpriam multo magis ipsa nobilitas propria debet gaudere tali priuilegio.

Item ꝓbatur per id quod tenet ista gl. supra in prima Cellula ubi q̄rit quid de si

lijs sup illustrem scilicet Imperatoriū & Regum non recognoscentium superiorem an comprehendatur in prima Cellula & tenet quod sic a fortiori per.d.auctē. multomagis & per dictam cle.i.

Nec uerba tex.hic in.2.Cellula cōtradicunt qa nihil dicunt de nobilitate ex radice antiquata sed solū dicunt qd' sit nobilis ex inferiori gñe & sic ex magno uel medio gradu siue ordine nobilitatis qa hic non ponitur gñe pro progenie uel agnatione sed ꝑ gradu uel ordine qa genus proprie sigñat gradum uel ordinē & ita diffinitur p bertachi.in repertorio in uers.genus & in uers.gradus & uerbū inferiori qd ponitur adiectiuū cum gñe declarat tex.qd' loquatur de gradu non de ꝓgenie qa est uerbum ordinis & sic exponendum est idest ex gradu uel ordine inferiori q est primus infra illustres.

Non obstat si dicatur quod Nicholaus de Vbaldis ī tract.de succe.ab intestato col.30.intelligit hoc uerbū genere pro agnatione p glo.in.l.i.ff.de ꝑcu. & sic dicit qd hic requruntur duo copulatiue primum qd' sit nobilis secundum qd' sit ex agnatione nobiliū procreatus & sic p lineam masculinā non femininam & utrunq; debet ꝓbari ut per not.in.c.2.de rescr.qa respondeo Primo qd' ꝓut ipse Nicholaus dicit Dñi de rota Tenuerunt cōtrarium secundo rñdeo quod hoc non est uer; qd' hic ponat' uerbum gñe pro progenie sed ꝑ gradu ut supra dixi.non ob.glo.in.d.l.i.de ꝑcu.qa ibi ex subiecta materia nō poterat uerbū genus exponi nisi ꝑ agnitione uel pro gñe hic autem nō potest exponi nisi pro gradu ꝓpter uerbum inferiori, ut supra dixi tertio dico qd' dictum Nicholai pōt intelligi aliter ꝓut in.q.sua scilicet quia qñ aliquis fundat se ex nobilitate gñis tunc ista duo debent ꝓbari scilicet qd' sit nobilis & sic qd' non perdiderit nobilitatē & quod ueniat p lineam masculinam non femininā quia tunc perditur nobilitas & non dr̄ nobilis si femina consularis contraxit cum plebeio filij eius non sunt nobiles sed plebei cum ipsa mater ꝑdiderit nobilitatē nubendo cum plebeio,ut in.l.femine.ff.de senato.quanto magis filij sed si fundaret se ex nobilitate ꝓpria.q.Nicholai non loqtur in hoc casu & sic p illud qd'dixit non exclusit qn regula ista loquat' de nobilitate propria.

Non obstat si dicatur qd' ex ignobili patre non pōt descendere nobilis filius qa reqruntur antiqui boni mores,& sic antiqua nobilitas quia rñdetur quod in uno homine potest esse antiqtas bonoꝝ moꝝ & sic antiqua nobilitas ut si durauit longo tpe.x.uel.xx.annoꝝ in bonis moribus prout rñdet Bar.in.d.l.i.in.5.col.uel aliter qd' ad nobilitatem de qua loqmur non requiruntur boni mores nisi quod quis habeat aliquā qualitatem illatam p Principatum teneñ.per quam differat ab honestis plebeis siue ex bonis moribus siue ex malis siue nec ex uirtutibus nec ex uicis sed ex ꝓgenie propter q̄ꝑ lex uel Princeps qualitatē confert siue nesciens siue sciens ut p Bar.in.d.l.i.in.8.&.9.col.uer.& iste cause possunt esse triplicis generis.

Sed contra qd' ista regula hic in.2.Cellula non loquat' de nobilitate Ciceroniana sed Salustiana probo sic hic ponunt' nobiles & doctores tanq̄ꝫ diuersa sed non pōt negari quin doctores sint nobiles nobilitate propria idest Ciceroniana.l.iudices.C.de digni.lib.xij.& ibi p Bar.ergo ut differāt uerbum nobiles solum debet intelligi de nobilitate ex genere & non propria qa a'ls non erat necesse ponere docto

res

res cum ibi includebant̄ sub uerbo nobiles si uerbū nobiles comprehenderet nobilitatem ꝓpriam respondeo qđ licet doctores sint nobiles nobilitate ꝓpria tn̄ sunt de minori nobilitate qa non habent dn̄ium terraꝝ uel Baroniam & ista pars loquitur de magna nobilitate Iō ratione nobilitatis hic non cōprehendebantur sed rōne scientie fuerunt hic eqparati nobilibus ex magna nobilitate idest sublimibus ꝑsonis ut de iure antiquo eqparabantur in.d.c.de multa de prebeñ.tn̄ si legissent ꝑ xx.annos tunc cōprehenderent̄ in prima Cellula quia acqsiuissent Ducatū & Comitatum,ut in.l.unica.C.de professo. qui in ur. con. lib.xij.& sic non obstat.

Et idem dico depositis supra in.i.Cellula argumētando a fortiori ut supra dixi qa si filij Ducis non habeñ.Ducatū gaudent hoc priuilegio quia reputantur illustres & sic ficte sunt illustres ut ibi ꝓbaui multo magis ipse Dux q est uir illustris ēt si est primus Dux & sic de nobilitate ꝓpria approbata per Principatum teneñ. idest Ciceroniana qa magis honorandus est qui aqsiuit illam dignitatem suis proprijs uirtutibus ut magnus Capitaneus Gundisaluus Ferdinandi de Corduba q̄ȝ nepotes eius qui hn̄t ex hereditate & non est credendum qđ cum Papa dedit prerogatiuam ꝓgenici istius Ducis ꝓpter merita ducis qđ exclusit istum Ducem & inclusit suum nepotē qui se fundat sup nobilitate istius Aui & faciunt ad hoc ea que supra dixi in princip.istius Cōclusionis & si tex.dicit ex gn̄e Ducum fuit q̄a isti solent impetrare expectatiuas & nō ipsi Duces tn̄ cum disposuit de causato disposuit de cā & idem dicendū est depositis infra in.8.parte ibi si ex nobili gn̄e ꝓcreati extiterint qa si illi qui sunt ꝓcreati ex nobili gn̄e gaudent illo priuilegio ꝓpter parentes q̄to magis ipsi parentes licet sint initiū sue nobilitatis per supradicta & ibi Papa posuit minorē nobilitatem ibi ad minus de nobili gn̄e procreati & ēt comprehendit gn̄aliter oēm nobilitatem tam maiorem q̄ȝ magnam q̄ȝ minorem nō sic in.i.Cellula quia limitatiue dixit deducū Marchionum uel Comitū in.2.ex inferiori gn̄e ibi autem ex nobili gn̄e procreati & sic si concurrat unus nobilis prime Cellule cum ꝓthonotario illius Cellule & nobilis sit pn̄s in Curia prothonotarius absens etiā qualitercunq̄ȝ graduatus extra studium gn̄ale prefertur nobilis quia presens absenti ꝑ illam.8.part.regule idem depositis in hac Cellula quia si concurrat unus nobilis ex magna nobilitate pn̄s in curia cum familiari de antiqs absenti ēt qualitercūq̄ȝ graduato extra studium gn̄ale prefertur nobilis pn̄s absenti ꝑ illum.8.par.regule & idem de minori nobilitate si unus nobilis licet non de maiori uel magna sed de minori pn̄s in Curia concurrat cum absente qualitercūq̄ȝ graduato extra studium gn̄ale prefertur nobilis absenti ꝓpter presentiam in Curia & ideo dixit tex.ibi inter oēs & singulos supradictos & alios quoscunq̄ȝ ut comprehenderet illos nobiles ex minori nobilitatē & bachalarios in aliqua facultate q non erāt supradicti & licet graduatus qualitercūq̄ȝ extra studium gn̄ale esset positus in.3.Cellula tn̄ quia iste nobilis licet non sit supradictus quia pn̄s in Curia prefertur absenti qualitercunq̄ȝ graduato &c.& isti nobiles ex minore nobilitate & bachalarij in artibus uel medicina equiparantur per illam partem.8.regule.

Tertia Conclusio minus est uera quia iure non probatur & contra eam est dictum Feli.ubi supra quod ista regula loquatur de nobilitate diffinita per Bart.&

secundum communem usum loquendi & diffinitio Bar. ita competit nobilitati Salustiane sicut Ciceroniane quia est qualitas &c. & ista qualitas datur propter triplicem rationem ut ibi per Bar. ut supra dixi.

Ad. 4. Conclusionem respondeo quod iure non probatur & contra eam est tota Schola doctorum que approbat diffinitionem Bar.

Ad. 5. Conclusionem respondeo quod non est uera prout dixi supra ad. 2. Conclusionem.

Ad. 6. Conclusionem dico eam ueram ex qua etiam colligitur falsitas. 13. Conclusionis quia cum solum loquatur regula Inno. de duplici ordine nobilitatis male glo. in secundo ordine inclusit etiam tertium ordinem & sic fecit Brodium de secundo & tertio ordinibus cum tex. solum loquatur de secundo & eadem met glo. hic hoc fateatur credo ut comprehéderet seipsum cum uideret se exclusum si erat ex tertio ordine nobilitatis.

Ad. 7. Conclusionem dico quod transeat & ita ego colligo ex ista regula Clementis Septimi triplicem ordinem nobilitatis minor tamen ponitur in. 8. par.

Ad. 8. Conclusionem dico eam ueram ex quo sequitur prout supra dixi quod includitur in hac regula nobilitas propria idest Ciceroniana sicut ex genere idest Salustiana.

Ad. 9. Conclusionem concedo eam ueram ex quo sequitur falsitas. 13. Conclusionis quia non debebat fieri Brodium de duobus ordinibus ut ibi dicam.

Decima Conclusio est uera & clara.

Undecima Conclusio est uera sine forte ex qua sequitur quod falsa est Cóclusio. 13. & credendum est quod Papa sicut diuisit ordines litterature ita nobilitatũ & non fecisse Brodium de nobilitate magna & minori sicut ista glo. facit infra in 13. Conclusione & quanto magis quod clare tex. dicit limitatiue ex inferiori genere & sic ex primo gradu infra illustres qui est magne nobilitatis.

Ad. 12. Conclusionem dico quod non est uera ut dixi supra in prima Cellula & infra dicam in hac parte quia hic non ualet argumentũ ab ordine littere quia Corrigeretur ius commune per gl. not. in. d. c. i. de iu. ca. li. 6. non obstant dicta per Nicholaum de Vbadis in tract. de suc. ab intesta. in col. 27. quia tunc temporis aliter regula cantabat ut colligitur ex eius uerbis quia nobiles erant positi de per se quod omnibus alijs preferrerentur nunc autem sunt positi sub uno constructo cũ alijs ideo &c.

Ad. 13. Conclusionem dico quod non est uera per supradicta in Conclusióibus. 6. 9. & 11. Item sic intentio Pape est in prohemio huius regule ut antellationes regantur iuxta conditiones & merita personarum sed inter nobilitatem magnam & minorem est conditio & meritum personarum & si in uno ordine utreq; ponerentur non esset distinctio personarum quia equipararent̃ ergo male ergo contra Cóclusionem.

Item de iure antiquo litterate & sublimes persone equiparantur ut. d. c. de multa de prebeñ. & in hac parte Papa posuit primas personas litteratas & infra posuit reliquas ita credendum est fecisse inter nobilitates quod hic ponuntur magne

nobilitates

nobilitates infra minores quanto magis quod nobiles ex minori nobilitate non dicuntur sublimes persone quia sublimes persone in dicto.c.de multa exponuntur ibi per Panorm.& Ioan.de Imola idest super alios posite ergo non debent equiparari litteratis maioribus satis est quod equiparentur minoribus & sic fecit in.8.part.quia equiparantur Bachalarijs & quod sublimes persone solum dicantur habentes dominium terrarum uel Iurisditionem probatur per text.cum glo.in.l.penulti.C.de procurato.& in.l.de hijs.C.de epis.& cleri.sed nobiles minoris nobilitatis non sunt huiusmodi ergo &c.

Item quia sequeretur absurdum quod unus nobilis ex minori nobilitate qui potest esse uasallus alterius nobilis ex magna nobilitate equipararetur suo domino si utriq; hic poneretur quod non est dicendum.

Item Conclusio est contra illum text.qui loquitur de gradu inferiori infra illustres & nõ dicit de inferioribus & uerbum inferius dicitur ab infra quod est medium inter supra & infimum, ut per grammaticos & sic iste tex.loquitur de magna nobilitate que est media inter maiorem & minorem quia illustrium est nobilitas maior inferior est magna uel media que descendit ab habentibus Dominium terrarum infima est minor que descendit de alijs nobilibus non habentibus Dominium terrarum siue sint ex radice antiqua siue nõ ut supra probaui in secundo presupposito & in responsionibus ad.2.Conclusionem.

Et sic dico quod duo requiruntur hic & utrunq; debet probari primũ quod sint nobiles ibi alij uero nobiles secũdum quod sint ex magna nobilitate ibi ex inferiori genere nobilium nec potest exponi genere pro progenie,ut supra dixi in.2.conclusione & ita intelligit ista glo.hũc tex.in.11.Conclusiõe sub uerbo forte ut ibi dixi.

Nec obstat fundamentum glo.scilicet quod isti ex minori nobilitate dicuntur nobiles de iure quia concedo ergo ex magna nobilitate que hic requiritur nego quia non probat hoc esse quod ab hoc contingit abesse & uerbum nobilis est genus quod ita competit maioribus q; magnis & minoribus sed hic requiritur quod in specie sit de magnis ergo &c.

Nec obstat uerbum alij idest reliqui prout exponit glo.& sic uidetur includere reliquas nobilitates exceptis illustribus quia respondetur quod uerbum alij habet dictionem restrictiuam scilicet ex inferiori genere & tunc non ponitur uniuersaliter, ut in.l.2.C.de heredi.Institu.quam ad hoc allegat ista glo.infra in part.7.

Nec obstat quod dicat glosator se teste quia est unicus ideo non ualet dictum suum.Item quia deponit in causa propria quia dicit in hac part.quod per nobilitatem suam habuit quicquid possidebat in Ecclesia Dei.Item quia non reddit sufficientem causam sui dicti quia dicit quod Ideo includuntur isti de minori nobilitate, quia de iure appellantur nobiles concedo ergo sunt de

magna nobilitate nego quia ista ratio etiam concluderet quod sunt de maiori idest de Illustribus quod ad occulum non est uerum quod ideo quod sit nobilis sit de Illustribus quia non probat hoc esse quod ab hoc contingit abesse sed in octaua parte bene procederet suum argumentum quia ibi generaliter dicitur ex nobili genere procreati hic autem & in prima Cellula limitatiue ex inferiori genere nobilium & ibi ex Ducum Marchionum uel Comitum genere.

Ad quartãdecimam Conclusionem distinguo quia tot sunt ordines uel gradus nobilitatis de solar conocido idest de antiqua nobilitate quam ego nomino Salustianam quot sunt ex nobilitate moderna quam glos. nominat propriam ego autem nomino Ciceronianam non causa Iniurie uel honoris, sed ut melius materia intelligatur ut supra dixi in presupposito secundo, quia ista non differunt in ordine sed in specie ideo respondeo quia aut glosa uult intelligere de nobilitate magna uel media de solar Conocido & tunc concedo quod de hac specie loquitur ista pars regule & etiam a fortiori de alia nobilitate propria ut supra probaui in secunda Conclusione aut uult ista glosa intelligere quod ex quo est de solar conocido sit de magna nobilitate & tunc dico quod non est hoc uerum quia non probat hoc esse quod ab hoc contingit abesse & ut supra probaui in responsionibus ad tertiãdecimam conclusionem, quia potest esse quod sit de minori, quia sic potest esse aliquis ex radice antiqua de maiori sicut de magna sicut de minori & probando generaliter quod sit nobilis de solar conocido idest de nobilitate antiquata non probat de maiori uel de magna sed de minori tantum & si esset gradus inter nobilitatem propriam & de genere potius debebat loqui ista regula in secunda parte de propria quã de genere ut supra dixi in presupposito secundo & etiam in Hispania ubi glosa loquitur nobilitas propria prefertur nobilitati ex genere ceteris paribus ubi in foro legum preponitur Titulo de los Caualleros idest millitibus deauratis Titulo de los hiios de algo ubi loquitur de solar conocido & in illis legibus Regni maior prerogatiua datur millitibus quã illis de solar conocido ceteris paribus & cum loquitur Rex in suis legibus prius loquitur cum millitibus quam cum illis de solar conocido ut pateint pragmaticis Regni.

Ad decimãquintã Conclusionem dico quod est uera uel sint de solar conocido uel non quantum ad regulam Innocentij octaui qui solum posuit duos ordines uel gradus nobilitatis sed quantum ad istam regulam Clementis Septimi qui posuit tres ordines non est uera quia in tertio ordine uel genere uel gradu includuntur isti de minori nobilitate siue sint de solar conocido siue non quia nullam facio differentiam inter istas species nobilitatum cũ regula non faciat ut supra probaui.

Ad

Ad decimã sextã Conclusionem dico quod licet Bartol.& doctores hoc tenea̅t & hoc credo uerum in Hispania quia abhorrent nobiles esse Mercatores tamen consuetudo in Italia maxime Venetijs & Florentie se habet in contrarium, quia pro maiori parte diuites & nobiles exercent mercantiam ideo non credo quod per hoc perdatur nobilitas quia cum ista ars exerceatur cõmuniter in illis terris a nobilibus non dicitur amplius ars uilis & quia male posset stare nobilitas de qua agitur sine diuitijs que conseruantur cum arte mercantie quia ista nobilitas, ut dicit Felinus in dicto capitulo cum adeo de rescriptis consistit in potentia sanguinis & diuitiarum que magis conseruatur cum diuitijs quam cum paupertate lipuscanorum qui exercent se in omnibus uilibus artibus propter suam paupertatem & sic non differunt ab alijs communibus plebeis quia omnes pretendunt eadem nobilitatem licet sint seruitores mercatorum & etiam plebeiorum.

Ad decimã septimã Cõclusionem respondeo quod non est uerum quod licet quis nominetur ex aliqua domo antiqua nobili probet se esse nobilem nec ex genere illius domus quia sequeretur quod omnes descendentes ex genere abrahe uel iudee a quo iudei uocantur essent nobiles cum domus iudee & abrahe fuerint nobiles & tamen uidemus iudeos esse uiles personas maxime, quia serui & serui non habent aliquam nobilitatem de qua loquimur ut per Bartolum in dicta.l.prima octaua columna uersiculo pone Saracenum. Item quia multi ex Gentilibus fuerunt conuersi ad Legem Mosaicam ante aduentum Christi qui uocantur Iudei & filij Abrahe & tamen non sunt ex progenie eorum secundum naturam sed secundum legem. Item stat bene quod aliquis sit de aliqua domo & portet insignia & tamen non sit nobilis quia potest esse bastardus ad quem non transit nobilitas ad allegata per Bartolum & ibi in additione Alexander ad Bartolum in dicta.l.prima in quinta columna & tamen uidemus continue quod portant insignia & nomen domus ex qua descendunt. Item potest esse quod perdiderit nobilitatem propter multa de quibus ibi per Bartolum & Alexandrũ ergo &c.& dicit Soci.in dicto con.ducentesimoquadragemosexto in secunda parte in columna prima uersiculo prima ratio quod uidit multos ex aliqua domo aliquos nobiles aliquos ignobiles reputari & quia sola nominis similitudo non est satis adconfirmandum cuiuscunq; originem.ut est text.in.l.finali.§.penultimo.ff.ad municipales & potius quisq; presumitur plebeius quam nobilis,ut per Baldum per illum tex.ibi in.l.nec ignorat.C.qui accu.non po.& refert & sequitur Soci.in.d.consi.in col.i.uer.circa primum & si aliqua presumptio esset non releuat ab onere probandi in materia in qua loquimur & uidemus hodie multi nouiter ad legem nostram conuersi qui capiunt nomina & etiam insignia nobili-

um domorum antiquorum & antiquitus hoc etiam procedebat ut per Pli.in li.7.naturalis historie.c.xij.qa Lucius Plancus orator Clarissimus Istrioni cognomen imposuit ex quibus sequitur quod non presumitur uel probatur talis quis qualis nominatur & insignia docent quantum ad istam materiam releuandi se ab onere probandi suam nobilitatem licet bonum sit habere bonum nomen.

Item ad omnia supradicta est aduertendum q ex diffinitione quam ponit hic glo.ista & ex.5.14.&.15.conclusionibus colligitur q ista glo. diuidat nobilitatem ex genere in duas species prima est ex radice antiqua que probatur per dictas suas conclusiones & ex sua diffinitione ut in filijs Salustij que in Hispania uulgariter dicitur de solar conoscido idest de cuius initio memoria hominum non est quia ita exponendū est desolar conoscido & probatur uel presumitur de solar conoscido quando pater & auus sic uocabantur & ista nobilitas hic diffinitur per glo.& tenet q de hac solum loquitur ista regula alia est nobilitas generis modernior que non peruenit ex radice antiqua sed solum a patre ut in filijs Ciceronis & de hac quantum ad Hispanos dicit glo.q non loquitur ista regula quantum ad alios relinquit indecissum sed uidetur mihi saluo &c.q ista glo.diuinauit mentem Pape & sua diffinitio & alia sint ex bursa sua quia per iura cōmunia nec per istam regulam uel docto.inuenio istam differentiam posse probari q sit differentia inter antiquam nobilitatem ex genere & moderniorem quia non per Barto.in.d.l.i.in.12.col.in uersic.ex istis.ubi ponit exempla q sit comes uel de prole comitis sed filius est ex prole comitis ergo &c.& minus per hanc regulam que nullum uerbum ponit de radice antiqua quia prima Cellula solum dicit ex Ducum &c.genere sed ibi sufficit q pater solum fuerit primus Dux quia tunc filius dicitur ex genere ut per Bart.ubi supra ergo &c.nec hic quia solum dicitur nobiles ex īferiori genere idest ex magna nobilitate sed ille qui est filius alicuius Baronis licet pater fuerit primus Baron est nobilis ex magna nobilitate q sit nobilis probatur per Barto.in.d. uersi.ex istis q sic de magna uel media nobilitate probatur per istam mēt gl. sed hic requiritur solum q sit nobilis ex magna uel media nobilitate sed iste ē hmōi ergo &c. & idem in.8.parte infra ubi dicitur ex nobili genere procreati sed iste filius nobilis sicut Ciceronis est huiusmodi ut per Barto.in.d. uersic. ex istis ergo &c.& sic dico q sufficit q filius Ciceronis probet patrem suum fuisse nobilem ad hoc q ipse dicatur nobilis secundum communem usum loquendi & non requiritur de auo,ut per Barto.in.d.uersi.ex istis & iste communis usus loquendi debet hic attendi ut probaui supra alias sequeretur absurdum quod ex dictis huius glos.infertur q nullus potuisset dici nec inueniri nobilis quia siquis debet probare q pater & auus fuerunt nobiles secundum

dum

dum communem usum loquendi & pater meus non fuit nobilis ex quo inci pit nobilitas a meo Auo nec ego Nepos ero nobilis quia Pater meus non fu it nobilis, quia non suus Auus per istam glo. ergo nec ego quia non sum fi lius nobilis sed si pater meus non est nobilis nec ego & idē iudicabitur de mea ꝓ genie inferiori & cum omnes nobilitates habuerunt principium quia sunt qualita tes illate per principatum tenentem &c. sequeretur ex dictis huius gl. ꝙ nullus no bilis esset in mundo secundum communem usum loquendi de quo debet in telligi ista regula uel ꝙ filius alicuius nobilis non sit nobilis ex genere & ne pos sic quod non est dicendum quia filius non potest dici nobilis nisi aut ex propria nobilitate aut ex genere cum nobilitas solum in istas duas species diuida tur ut supra probaui sed non est ex genere per istam glo. nec ex propria quia iste fi lius ut presupponitur nihil fecit ad consequendū nobilitatem nisi tantum esse fili um nobilis ergo non erit nobilis ergo quomodo potest dari casum in quo transe at nobilitas ex genere ad nepotem si pater suus non fuit nobilis nec ex propria nec ex genere & ideo ista glo. in hoc male loquitur & melius loquitur Bar. in. d. l. i. in col. 12. uersi. ex istis. ubi dicit ꝙ debet probare ꝙ ticius est comes uel de prole comitis aut miles uel de prole militis & sic de similibus & debet probari ꝙ sic si habet communis usus loquendi & de hac nobilitate loquitur ista regula ex quibus reprobatur diffinitio huius glo. & approbatur diffinitio Barto. qui melius loquit quam ista glo.

Ibi qui fuerint graduati in aliqua uniuersitate ista dictio qui refertur etiam ad magistros in Theologia cum eadem sit ratio quod etiam probatur infra in tertio ordine ibi ceteri autem magistri quia uerbum ceteri excludit suprapositos, ut su pra dixi super uersic. alijs in. 2. par. quia idem est de uerbo alijs sicut de uerbo cete ris, ut per Barto. in. l. fin. §. fin. ff. de tri. ui. ole. q; le. quia illa species que ibi numera tur excipitur a generalitate sed ibi in tertio ordine loquitur de graduatis quomo docunq; etiam extra uniuersitatem studij generalis ergo hic de aliqua specie de bet loqui & non potest loqui nisi de graduatis in studio generali alïs si ibi omnes includerentur hic de nullis loqueretur.

Iuxta hoc querit glo. quid si aliquis sit magister uel doctor graduatus extra uni uersitatem tamen est bachalarius graduatus in uniuersitate & licenciatus gradua tus in uniuersitate an sint de istis secundi ordinis & tenet quod sic sed fallitur iudi cio meo per supradicta & quia relatiuum qui repetit preterita cum omnibus suis qualitatibus ad not. per Barto. in. l. siquis seruum § fina. ff. de leg. 2. & additū uer bo futuri temporis uel habenti uim futuri temporis facit conditionem, ut per Bar to. in. l. si debitor. ff. de contra. empti. in primo not. & sic idem est dicere qui fue rint graduati ac si diceret si fuerint graduati Doctores uel magistri in aliqua uni uersitate studij generalis & conditio debet adimpleri in forma specifica ad not. per Barto. in. l. gallus § quid si tantum. ff. de liber. & posthum. & hic nihil disponi tur de bachalarijs nec de licentiatis sed infra in tertio ordine & facit quia ponun tur infra in par. sequen. licenciati cum rigoroso examine ergo hic non per uerbum ceteri.

Dicit etiam glo. qd' nulla prerogatiua datur hic doctoribus nisi quod precedāt suis familiaribus antiquis in hoc male dicit quia hic non datur doctoribus talis prerogatiua sed equiparantur ex quo sunt sub uno constructo & coniunctim per iura allegata in. 2. par. supra super uerbo omnibus alijs & dicam infra in. 6. parte sed datur prerogatiua contra positos infra.

Ex quo Sequitur quod non est uerum quod magister in theologia preferat' doctori in iure canonico ut sentit glo. infra in. 4. par. quia hic equiparātur & quia de iure communi in beneficijs obtinendis regulariter purus Canonista prefertur puro theologo fallit in terris ubi uigent hereses solum ut tenent Hostien. & Ioan. andre. in. c. i. de consanguini. & affinita. quos refert & sequitur Ludo. ro. in con. 333. in fi. ergo ne corrigantur ista iura non potest argumentari ab ordine littere quia nunq̄ ualet arg. ab ordine littere quando sequitur ex ea correptio Iuris ut per gl. not. in. c. i. in uersic. non existat de iur. cal. lib. 6. q̄ ibi & in. c. mandato ab hoc not. Phil. Franc. & ita Domini de Rota determinauerunt in quadam mea causa quod non ualeret hic arg. ac ab ordine littere sed omnes unius Cellule sint equales & sic. nobiles huius ordinis & graduati & familiares omnes sunt equales & in eis habebunt locum prerogatiue de. c. duobus si non habent alias qualitates.

Ibi Similiter. not. quod istud uerbum similiter repetit hic supradicta in. 2. part. scilicet illud quod defficit de supradictis ad faciendum orationem perfectam ut not. Ang. Aret. in. §. Item lapili super gl. fi. Insti. de re. diui. sed quod est quod deficit dico quod illa uerba qualitercūq; qualificatis in assecutione quorūcunq; beneficiorum que huiusmodi gratiarum uigore spectabunt.

Ex quo not. q̄ si unus expositis in hoc ordine concurrat cū alio ex inferiori ordine qualitercunq; qualificato prefertur ei, ut si unus doctor uel familiaris de isto ordine concurrat cum magistro in theologia etiā & in utroq; iure & in medicina q̄ sunt tres qualitates & etiam qd' sit familiaris Pape depositis in iferiori ordine uel sit familiaris Cardinalium & sit p̄ns in Curia que est alia qualitas & quod non habeat beneficium iste sic que est alia qualitas prefertur illi cum omnibus istis qualitatibus per illa uerba subintellecta qualitercunq; qualificatis & concordat tex. infra. in. 6. par. ibi in qualibet sui parte a contrario sensu.

Ex quo argumentando a contrario sensu sequitur quod secus erat si sit huius ordinis per uerbum ibi omnibus alijs ergo non sibi ipsis & sic tunc militat regula infra in. 6. par. ibi magis qualificatus minus qualificato in qualibet sui parte, ut dixi supra in. 2. par. & sic si unus nobilis huius ordinis & unus familiaris uel graduatus huiusmodi ordinis concurrant inter se & unus illorum sit magis qualificatus ut si non habet beneficium cum habente uel presens in Curia cū absente uel doctor in utroq; iure uel licenciatus uel bachalarius uel magister expositis infra in. 4. par. & finaliter si habet aliquam qualitatem plus depositis hic uel infra in alijs partibus prefertur alteri non sic qualificato concordat tex. infra in. 6. par. & ibi dicam.

¶ Sequitur littera. 4. Par.

Ceteri autē magistri aut bachalarij formati in theologia. doctores. cum rigore examinis licentiati in altero iurium. nec nō in medicina

dicina ꝛ in artibus magistri qui post susceptum gradum aliqui-
bus annis legerint. ꝛ in Hispaniis in altero iurium bachalarii q
in simili studio sex annis studuerint. nec non alii familiares conti
nui cōmēsales sue Sāctitatis non descripti qui ad familiaritatē
post assumptionem huiusmodi venerint ꝛ. xii. familiares singu-
lorum. Sancte Roma. Ecclesie. Cardinalium per eos nominā-
di ꝛ in libro Cancellarie Apostolice describendi pariformiter o-
mnibus aliis preferantur.

Ista quarta pars que ē tertius ordo uel Cellula siue gradus aut Pars uel locus summat̄ non prout gl. sūmat qa male inquantū dicit de graduatis extra uniuersitatem sed sic magr̄i in theologia ēt si nō sint graduati in uniuersitate & bachalarij formati in eadem theologia Doctores in utroq; uel altero iuriū similiter si non sint graduati in uniuersitate licentiati in utroq; uel altero iuriū graduati cum rigoroso examine & sic in uniuersitate studij gn̄alis magistri in medicina uel in artibus qui post susceptionem graduū aliquibus annis legerunt & in Hispanijs graduati bachalarij in altero iuriū qui in studio gn̄ali ubi requirunt̄ studere sex annis ad gradum recipiendum hmōi sex annis studuerint necnon alij familiares continui Cōmensales sue sanctitatis non descripti qui ad familiaritatem post assumptionē huiusmodi uenerint & familiares Cardinaliū hic positi pariformiter omnibus alijs preferantur.

Not. Verbū pariformiter qd̄ hic repetit omnia supradicta deficiētia in hac oratione p iura allegata supra in. 3. par. & sic uult dicere qd̄ omnibus alijs qualitercū q; qualificatis in assecutione quorūcunq; beneficioꝝ que huiusmodi gratiaꝝ uigore spectabunt quacunq; diligentia receptione uel creatione in canonicos non obstañ. preferantur.

Ex quo not. qd̄ si unus magr̄ in theologia de hic positis habeat bn̄ficium & cōcurrat cum alio q sit nobilis ex infimo gn̄e nobilium & non habeat bn̄ficium & sic habeat duas qualitates & magr̄ unam & per cōsequens magis qualificatus nobilis preferet̄ magr̄ nobili p hunc tex. qa iste prefertur qualitercūq; qualificatis īferioribus sed ista nobilitas & pauptas licet sint due qualitates tñ ponuntur in. 8. par. ergo includunt̄ in illis uerbis oibus alijs qualitercūq; qualificatis pono cā exempli nobilem ex tertio ordine licet regula nō det ei aliq; qualitatem uel prerogatiuam si non sit pn̄s in curia contra absentē non obstat tex. infra in. 8. par. qa ibi dr̄ ceteris paribus sed licet iste sit nobilis ex tertio ordine nobilitatis & sit pauper tñ quia in ceteris suprapositis in hac regula nō sunt pares qa alter est magr̄ qui Ponit̄ in. 4. par. alter est nobilis q ponitur infra iō non pt cum magr̄o concurrere & adiuuare se de pauptate qa non sunt cetera paria tñ si nobilis esset pn̄s in curia & magr̄ absens preferret̄ nobilis magr̄o per. 8. par. infra ibi qualitercūq; graduatis extra uniuersitates &c. secus si iste nobilis cōcurreret cū bachalarijs uel licēciatis positis in d. tertio ordine idest in. 4. par. qa sunt graduati in studio gn̄ali iō iste nobilis eis nō p̄fert̄ qa cōtra eos nō hēt locū tex. in. 8. par. p̄di. īfra qa solū dr̄ ibi qd̄ p̄ferat̄ qualrcūq; graduatis extra uniuersitates studij gn̄alis & tūc iste bachalarius uł licētiatus

preferret nobili et non hnti beneficium & pnti in curia qa cetera non sunt paria p istum text. oibus alijs qualitercuq; qualificatis preferant intelligendo put supra dixi & non curo de diligentia pcessus in istis exeplis quia in eis non habet locum prout hic exposui & infra in.7.& in.8.par.dicam.

Querit glo.hic in Principio quare hic ponunt bachalarij in theologia priusq; doctores in utroq; iure & sic arguendo ab ordine lre debeat preferri et doctoribus in utroq; iure & dicit qd de magistris iustu erat ratione subiecti scilicet scientie diuine & dicit qd sibi fuerat responsum qd inferius saluabatur in.6.par.ibi magis graduatus minus graduato &c.sed dicit qd ista rnsio non sibi satisfecit qa ibi dicitur seruato ordine noiatoz &c.ideo sibi duz ur qd ab ordine lre bachalarius in theologia preferat doctori et in utroq; Iure Tandem dicit qd credit quod hic no fuerunt positi ut preferrent sed ut seruaret rethorica quia postq; posuit magros iustum erat ponere Bachalarios in theologia & qa als iste intellectus qd bachalarius preferat doctori iuris maxime canonici est extraneus qa non sonat in auribus uulgi & finalr dicit qd credit qd hec fuit intentio Dni nostri Pape & oium recopilatorum quod bachalarius in theologia non preferatur Doctori Iuris immo qd doctor preferatur Bachalario i theologia.

Certe hec glo.non intelligit istam partem regule quia si intelligisset non tata absurda diceret & primo inquantum dicit qd bachalarij in theologia preferutur doctoribus etiam in utroq; iure arguendo ab ordine lre non bn dicit qa hic non ualet argumetu ab ordine littere,ut dixi supra in par.2.ibi oibus alijs ergo no sibi ipsis.

Secundo nec rnsio sibi data qd infra in.6.par.hoc saluabatur est uera qa oes hic positi eqparantur & tm graduatus est bachalarius in thelogia quantum magister in eade uel doctor in altero iurium non dico in utroq; qa non loquit iste text. de eo sed ille prefertur bachalario & etiam magro in theologia huius ordinis quia magis graduatus p tex.infra in.6.par.nec tex.ibi dicit put gl.sibi imponit hic qd seruetur ordo noiatoz sed dicit seruato tn ordine suprascripto debet intelligi de ordine Cellulaz uel partium & non noiatoz ne sequatur correctio iurium & ne ueniant tanta absurda sicut gl.dicit & dica exponendo illa uerba infra in.6. part. & non est mirandum si bachalarius in theologia formatus uel licentiatus in altero iurium cu rigore examinis graduatus uel bachalarius factus in Hispania prout hic ponuntur qui oes sunt in studio gnali equiparent magris in theologia uel doctoribus in altero Iuriu factis quecunq; extra studiu gnale qa imo debent eis pferri & non debant poni in kalendario doctoz sed sufficit qd eqparent & sic errat in.3.

Quarto Inqtum dicit qd iustum erat de magris quod preferrerent canonistis non est uez quia in assecutione bnficioz ecclesiasticoz purus canonista prefert puro theologo ut supra pbaui in par.3.in uer.ex quo sequit q non est uez q magister in theologia &c.

Quinto Inqtu dicit qd doc.iuris canonici prefert bachalario theologo no bn dicit qa sunt equales p hanc lram & ex hoc seqtur qd gl.est sibi cotraria inqtum tenet infra in.6.par.& in alijs locis qd prius noiatus tollit diligentia pcessus scdo noiato & pfert ei et eiusdem Cellule hic aut tenet contrariu qd doctor.2.noiatus

preferatur

preferatur bachalario primo noīato & sic cum ponat cōtraria non ei credendū est.

Ad vnum est aduertendum qđ in regula Inno. erat uerbū licentiati ēt in altero Iuriū & in Hispanijs ēt in altero iuriū bachalarij sed in hac regula Cle. defficit illa dictio ēt bis posita & rō pōt esse ne diceret qs qđ licentiatus in altero iurium equiparetur licentiato uel doctori in utroq; iure & sic de bachalarijs Hispanis sed ut hēret locum in eis regula in. 6. par. infra posita idest. qđ magis graduatus prefert minus graduato.

Ex quo pt decidi una. q. multū dubia quantū ad me uidelicet si concurrit unus doctor iuris canonici uel ciuilis uel magr̄ in theologia cū doctore i utroq; oēs ex inferiori ordine. i. scđo suprapositis in. 3. par. regule an oēs equiparent uel hēat locū regula i. 6. par. infra posita ibi magis graduatus minus graduato & p supradicta dico qđ oēs eqparant & qđ regula infra in. 6. par. nō hēt hic locū qa supra in. 3. par. dixit doc. in utroq; uel altero & sic fuerunt oēs gradus adequati scilicet i utroq; cū in altero nō obstat. tex. infra in. 6. par. qa intelligit qđ unus hēat plures gradus ex illis q ponunt de p se scilicet si unus est magr̄. in theologia & in iure canonico prefert doctori in iure canonico qa magis graduatus & iō ibi dr̄ Seruato ordine suprascripto sed inter istos nō erat ordo qa oēs equiparabant ex quo erāt positi Cōiunctim ergo &c. & hec fuit rō quare hic fuerūt sublata illa uerba ēt que supradixi tn̄ non credo ista uera propter absurdum quod sequeretur q; unus doc. in utroq; non prefereretur doctori in altero.

Item Inquantū gl. hic dicit qđ ista pars non dēt intelligi de licenciatis in altero iuriū graduatis in studio gn̄ali quia iam in supiori parte dispositū erat de eis argumentādo de uerbo ceteri & uerbo autē. non bn̄ dicit qa in supiori parte nō fuit dispositū de licentiatis sed solū de magr̄is & doc. qa si Papa uoluisset expressisset q̄to magis qđ hic expresse fuit dispositū de licentiatis graduatis in studio gn̄ali ibi cū rigore examinis licētiati &c. sed nō fiunt cū rigoroso examine nisi in studio gn̄ali ut patet ad sensū ergo &c. nec obstat uerbū ceteri qa bene positū est & bn̄ aduersatur idest exceptuat qa supra dixit de magr̄is in theologia graduatis in studio generali psequitur dicēs Ceteri magr̄i idest reliq scilicet non graduati in studio gn̄ali aut bachalarij in theologia de istis supra nō erat dispositum q̄uo pōt aduersari & codē mō de licentiatis nō erat dispositū iō melius pt dici qđ dictio autē. ponitur hic aduersatiue in iure & in facto & sic hic in alijs psonis loqtur & aliud ius instituitur q; supra & uerbū ceteri ponit adiectiue cum magr̄is & non cū alijs infra positis sicut facit supra in. 3. par. in uerbo alij uero nobiles qa non ponit nisi solū cum nobilibus, & non cū doc. uel magr̄is qa in. 2. par. supra nihil de eis erat dictum nec obstat tex. & gl. in. l. Ceteroꝝ quos gl. hic allegat qa non dicūt id ad qđ allegant p gl. qđ ponat aduersatiue dictio ceteri immo dicūt quod ēt omnes cōprehēdit uerbum ceteroꝝ nec est ueꝝ qđ tex. & gl. in. §. qnquenniū quos glo. allegat dicant qđ dictio autē. est aduersatiua p̄cedentium eiusdem gn̄is qa ibi non pbatur hoc & in supra pxima parte nō erant positi bachalarij nec familiares Cardinalium nec alij de quibus hic ideo nec necesse est quod fuissent positi licentiati & ideo de eis non debet intelligi quia sic procederet quod pars supradicta loqueretur de bachalarijs

In theologia graduatis in studio generali & hic non. & similiter de bachalarijs iuri-um quod est contra istum tex. ibi qui in simili studio & sic generali & de doctoribus & magistris in medicina & in artibus sicut de licẽtiatis quod est falsum ut hic constat ibi qui aliquibus annis legerint &c. Ideo dicendum est quod glo. hic malũ habuit intellectum.

Item not. ex hoc tex. quod Bachalarius formatus in theologia equiparatur magistro in eadem scientia graduato extra studium generale & idem de licentiato in altero Iurium graduato cum rigore examinis equiparatur doctori in altero iuriũ graduato per rescriptum & sunt pares in gradu & inter eos habet locum. d. c. duobus & non est mirum quia maior scientia requiritur ad graduum bachalariatus formati qui fit in studio generali in disputatione publica coram omnibus de universitate & ad licentiaturam in altero iurium que similiter fit in studio generali cũ rigore examinis ꝙ̄ ad magisterium uel doctoratum per rescriptũ ut patet ad oculum & sunt multi graduati huiusmodi qui nõ sciunt allegare tex. uel rubricas nec eas legerunt uel uiderunt quod non potest contingi in huiusmodi bachalarijs & licẽciatis quia iam sunt examinati cum rigore examinis.

¶ Sequitur quinta pars.

Inter se autem si cõcurrant ipsi graduati & familiares ultimo loco scripti ius commune seruari uoluit.

In ista. 5. Part. incipit actor ponere quid si concurrant supradicti inter se & facit quinq; membra primo ponit quando concurrant graduati & familiares ultio loco scripti idest tertij ordinis inter se, & hoc i ista. 5. par. scđo in. 6. par. in pri. ponit qđ si concurrunt omnes graduati. scđi ordinis & tertij ordinis inter se quilibet ordo de p se. tertio in eadem. 6. par. in uers. & similiter tractat qđ si concurrant omnes & singuli supradicti tã primi ordinis ꝙ̄ secundi, & tertij inter se quelibet pars de per se. quarto in. 7. par. quid si concurrunt familiares. S. sue & xij familiares cuiuslibet Cardinalis, inter se. qnto in. 8. par. quid si supradicti & alij ꝗcunq; concurrant inter se quando sunt curiales cum non curialibus & non habentes beneficiũ cum habentibus.

Et in hac. 5. par. iste tex. hoc dicit quod si graduati positi i. tertio ordine uł aliqs eorum qualitercunq; graduatus concurrat cum familiaribus eiusdem ordinis tam Pape ꝙ̄ Cardinalium quod tunc seruetur ius commune idest. d. c. duobus & sic facit eos pares quia ałs ius commune non potest habere locum.

Et non miretur quis quod dico qualitercunq; graduati & sic magis qualificati quia ałs iste tex. seruiret deuento quia ex quo supra in. 4. par. erant positi in eodẽ ordine equiparabantur & necesse erat quod obseruaretur inter eos ius commune & ideo non dixit ceteris paribus & sic licet non sint ceteris paribus ius commune seruari uoluit prout dixit in. 7. & 8. par. ceteris paribus & sic si unus magister in theologia. tertij ordinis etiã si sit doctor Iuris canonici uel ciuilis eiusdẽ ordinis & magister in medicina & in artibus concurrat cum familiari eiusdem ordinis etiam si sit de stabularijs ꝙ̄uis glo. hic uideatur durum equiparãtur & habet locum creatio uel receptio in Canonicũ & diligentia ꝓcessus quia sunt pares in qualitatibus

conditionum

conditionum & meritorum quia tantum ualet illa familiaritas quãtum tota illa gra duatio p istum tex.& facit ad hoc dictio autẽ que ponitur hic in prin.tex.que ẽ ad uersatiua in iure & in facto quia a l's non aduersaretur in iure nec in facto si intelli- geretur qñ unus graduatus simpl'r concurreret cum familiari quia iam dispositũ erat supra in.4.par.qđ equiparabantur ergo ius cõe debebat seruari & nõ erat ne- cesse hic declarari Itẽ sed debet intelligi qñ graduatus ẽt multis gradibus deposi tis in.d.4.par.concurrat cum familiari ut supra dixi ad hoc ut dictio autẽ aduer- setur in iure & in facto nec p istum intellectum corrigitur ius cõe immo uoluit ser uari sed declaratur & limitatur text.infra in.6.part.ibi magis qualificatus minus qualificato quia ibi est dictio alios que ponitur exclusiue ad iura allegata supra in 2.par.sup uerbo alijs & dicã ibi in.6.par.ergo excludunt' isti supra positi inter se. **Ibi autem** not.hanc dictionem aũt que est aduersatiua in iure & in facto ad.l. hoc amplius & ibi gl.& Bar.ff.de dam.infe.& p Soci.in cons.278.in.2.par.in fin. col.uersi.preterea dictio.ex quo sequtur quod nihil erat dispositũ in iure nec in fa- cto de illo qđ hic disponitur ut supra dixi in uer.precedenti Item sequit' quod nõ ualet arg.ab ordine l're prout gl.hic facit qa non põt negari quin graduati essent positi priusq̃ familiares & sic preferebant' graduati familiaribus scđm intellectũ gl.& familiares Pape familiaribus Cardinaliũ & tñ hic & in.7.par.infra disponit' hoc casu qđ debeat seruari ergo non erat ordinatum ad minus expresse quia taci te bene equiparabantur ex quo omnes erant positi in tertio ordine ergo sequitur quod glo.male argumentatur ab ordine littere.

Item not. ibi ius cõe seruari uoluit idest dictum.c.duobus qđ inter istos fami- liares & graduatos magis qualificatus non prefertur minus qualificato quod est contra mentem & rõnem prohemij & iõ dixit tex.uoluit & sic est pro rõne uolun- tas & gl.hic idem dicit allegat in ar.l.ij.C.de cri.sacri.& sic dixi supra qđ ista erat fallentia ad phemium uel dico qđ iste tex.intelligatur saluis limitationibus infra in.6.par.positis sed ibi dicit tex.alios & sic excludit istos & qa alias seruiret hic ista dispositio de uento quia si essent pares in qualitatibus non erat necesse dicere qđ seruaret' ius cõe quia clarũ erat ut supra dixi in prohemio & sic teneo primum qđ intelligo qñ graduatus est magis qualificatus qualificationibus positis in ter- tio ordine secus qñ familiaris est magis qualificatus ut si sit familiaris & gradua- tus aliquo gradu & concurrit cum sil'i graduato qa tunc prefertur familiaris gra duatus graduato & non seruabitur ius cõe per.6.par.regule infra in.2.rñso quia hic fuit datum priuilegium familiaribus & non graduatis & ea que fiunt ad aug- mentum non debent afferri diminutionẽ uel preiudicium ut in auctẽ. sed Epalis C.de epis & clericis & iam iste non solũ est familiaris sed graduatus & tex.hic di- cit si concurrant familiares & graduati inter se & sic non habet locum iste text.qa est alius casus qa concurrit familiaris graduatus cũ graduato solum inter se & sic habet locum tex.infra.in.6.par.ibi magis qualificatus minus qualificato non ob stat dictio ibi posita alios qa non excludit hunc casum immo includit quia de eo non fuerat facta mentio hic & hoc dico saluo meliori iudicio.

Ex hoc tex.sequitur a contrario sensu qđ si unus graduatus tertij ordinis con

currat cum alio non familiari attendetur ad qualitates & idem tenet glo. hic in. 1. conclusione si cōcurrat cum alio graduato & qđ gradus tertij ordinis faciant qualificationes ex quo excipiunt hic isti familiares cū istis graduatis probatur & idē tenet glo. supra in tertio ordine.

Ex quo not. qđ si unus familiaris uel graduatus ex hijs positis hēat aliquā qualitatē non seruabit ius cōe pono exemplū quod unus graduatus ex hic positis & pñs in Curia p sex menses añ uacationem bñficij concurrat cū familiari de hic positis certe iā nō sunt pares & nō hēbit locū. d. c. duobus & hoc est qđ dicit tex. īfra in. 8. part. qđ inter oēs & singulos supradictos & sic cōprehendunt isti psequitur tex. pñtes &c. ceteris paribus pferant sed iā isti hic erant ceteris paribus p illum tex. tñ graduatus erat pñs in Curia p sex menses añ uacationem bñficij & familiaris erat abñs qa potuit esse qđ esset nouus familiaris & nō p sex mēses añ uacationem bñficij uel qa suus Pñonus erat abñs iō prefert graduatus pñs familiari abñti & idē econtrario qñ familiaris est pñs & graduatus abñs prefert familiaris graduato & nō seruabit ius cōe si ad minus ē Bachalarius in aliqua facultate uel de infimo gñe nobilium ad minus quia als non potest gaudere priuilegio Curialitatis.

Item pono qđ unus familiaris de istis hic positis nō hēat bñficium & cōcurrat cū graduato huius ordinis qualitercunq; graduato hñti bñficium prefert familiaris graduato qa alia sunt paria p istū tex. & ex hoc qđ non hēt bñficium prefert graduato p tex. infra in. 8. par. non obstan. d. c. duobus ut ibi dicā & idē econtrario si graduatus non hēat bñficium & familiaris sic prefert graduatus familiari & non seruabitur ius Commune.

Ibi ultimo loco scripti not. quod hic uocat locum tertium ordinem uel quartam partem & sic loquitur de omnibus positis in tertio ordine uel gradu & tamen dicit loco ultimo, & sic omnes sunt positi in uno loco uel ordine tamen sunt plures ex quo infero quod male glo. intelligit infra in. 6. par. illa uerba seruato tamen ordine suprascripto intelligendo de ordine littere sed debet intelligere de ordine Cellarum uel gradum cum ordo & locus idem sint.

Item glo. not. ex hoc tex. ibi graduati iuncto tex. in par. supra proxima & ibi in Hispanijs in altero iurium Bachalarij quod Bachalariatus est gradus & non est dubium per hunc tex. in hac materia de Bachalarijs in Theologia formatis & in altero uel utroq; Iurium factis prout requirit tex. supra par. proxima de alijs loquit infra in. 8. par. tamen non dicit graduati.

Secunda Conclusio gl. non est uera ut probabo infra in. 7. par. quia hic non loquitur de eis.

Tertia Conclusio glo. non est dubia quia iste tex. est clarus pro ea.

¶ Sequitur. 6. pars.

Et si omnes ꝛ singuli graduati supradicti inter se concurrant seruato tamen ordine suprascripto magis graduati minus graduatis ꝛ inter equaliter graduatos prius graduati ꝛ similiter inter omnes ꝛ singulos suprascriptos alios in qualibet sui parte eos respectiue concerneñ. Inter se concurrentes magis qualificati minus

nus

nus qualificatis pariformiter preferantur.

Hoc dicit quod si omnes & singuli graduati, idest tam secundi ordinis quã tertij concurrant inter se seruato ordine suprascripto, idest quod sint eiusdem ordinis uel Cellule uel loci uel gradus magis graduatus minus graduato & inter equaliter graduatos prius graduatus preferatur & similiter inter omnes & singulos supradictos alios scilicet tam primi ordinis quã scdi & tertij ordinum exceptis graduatis inter se & familiaribus & graduatis ultimo loco scriptis inter se in qualibet sui parte, idest dum tamen sint eiusdem ordinis uel Cellule uel gradus uel loci inter se concurreñ, magis qualificatus minus qualificato pariformiter preferatur.

Ibi omnes & singuli ista dictio omnes est uniuersalis & omnes supradictos comprehendit ad iura allegata hic per glo. tamen omnes isti graduati diuiduntur in duobus ordinibus propter illa uerba seruato tamen ordine suprascripto & sic omnes graduati scdi ordinis inter se concurrentes scilicet magistri in Theologia & doctores in utroq; uel altero iurium & singuli graduati eiusdem ordinis & scientie inter se concurrentes ut Magistri inter se & doctores inter se & omnes graduati tertij ordinis, idest in omnibus scientijs ibi positis & singuli cuiuscunq; scientie inter se concurreñ. & sic sit Brodium & bene licet glo. teneat contrarium & male impropriando uerba tex. quia constat de uoluntate Pape quod ita uoluit per uerba tex. & fuit rationabile & nullum absurdum sequitur immo ex intellectu glo. sequitur absurdum quod Magister in Theologia pferreretẽ doctori in utroq; iure & sic magis graduato minus graduatus contra uoluntatem Pape hic & supra in prohemio & ubi inuenit de iure iste dominus quod erat absurdum quod doctor in utroq; iure preferreretur Magistro in Theologia immo contrarium est absurdissimum quia de iure communi in beneficijs ecclesiasticis obtineñ. regulariter purus Canonista prefertur puro Theologo fallit solum in terris ubi uigent hereses, ut tenent Hostien. & Ioan. andr. in. c. 1. de con. & affini. quos refert & sequitur Ludou. Rom. in consi. 333. in fi. ergo a fortiori doctor in utroq; ergo uerba sunt bene posita & non debent impropriari & ne corrigantur ista iura non potest argumentari ab ordine littere maxime quando sequitur ex eo correctio iuris, ut per glo. not. in c. i. de iur. ca. li. 6. in uer. non existat quã ibi & in. c. mandato ad hoc not. Phi. Frã. & Papa ita uoluit & bene & clara ẽ littera & sic in tertio ordine si unus Magister in Theologia concurreret cum Doctore in utroq; illius ordinis prefertur Doctor Magistro uel si unus Doctor Iuris Ciuilis tertij ordinis sit etiam Bachalarius de graduatis in Hispania & concurrat cum Doctore Iuris Canonici uel Ciuilis uel cum licentiato cum rigore examinis graduato qui ponitur ibi prefertur Doctor Iuris Ciuilis, quia magis graduatus Non obstat si dicatur quod gradus Bachalariatus consumitur ex quo recepit alium gradum maiorem quia hoc esset uerum in gradibus Bachalariatus non consideratis a regula sed in isto considerato a regula secus quia omne illud quod meliorat subiectam dicitur qualitas in aliqua re ut per textum in. l. aquilius regulus. ff. de donatio. & per Baldum. in. l. si duobus in collumna prima in uersic. not. qui habet meliorem. C. communia de leg. Sed

Bachalarius Salmanticē. uel in Hispania factus ut considerat regula supra ī quarta parte meliora etiā doctoratum ergo dicitur qualitas in doctoratu ergo est magis graduatus quia habet alium gradum ultra suum aduersarium & idem tenet glos. supra in quarta parte. uel si unus licentiatus in utroq; iure depositis ibi concurrat cum doctore in altero iurium prefertur doctori licentiatus quia magis graduatus & sic de singulis quia esset laboriosum potius quā subtile ponere tot exempla.

Et in hijs uerbis seruato tamen ordine suprascripto nihil de nouo disponitur sed refert se ad supradicta sed supra erant positi tres ordines & non attendebatur ordo littere ut dixi supra in parte secunda & in qualibet parte quia in secundo ordine dixit omnibus alijs preferantur & similiter in tertio ordine omnibus alijs preferantur qualitercunq; qualificatis intelligitur ergo etiam magis graduatis & quia poterat dubitari ex quo dixit omnes & singuli an uenirent omnes secundi & tertij ordinum inter se & quod fieret Brodium de ordinibus iam suprapositis ideo dixit seruato tamen ordine suprascripto & infra in qualibet sui parte & supra in quinta parte ultimo loco script. & infra in parte septima & octaua ceteris paribus q̄ uerba idem significant & ita debet intelligi iste ordo non de ordine scripture prout glo. tenet & male & probatur per iura allegata supra in parte secunda & Panor. & Imola in capitulo de multa in fine de prebendis ubi dicunt quod equiparant ibi nobiles & litterati & tamen ibi prius positi sunt sublimes & postea litterati secundum ordinem littere & tamen non attenditur ordo littere & sic inter nobiles & litteratos non cadit ordo ergo hic non loquitur de ordine scripture sed de ordine Cellularum uel partium uel locorum & uerba debent impropriari ne sequatur absurdum quanto magis intelligi proprie quia si dictio omnes hic posita intelligitur proprie omnia quadrant alias si ponitur improprie ut glos. exponit sequitur absurdum quod minus graduatus prefertur magis graduato eiusdem ordinis cōtra uoluntatem Pape supra in secundo & tertio ordine a contrario sensu ubi dicit omnibus alijs &c. non sibi ipsis & idem probatur in prohemio quia sunt conditiones & merita inequalia & ut supra dixi in secunda parte & secundum expositionē glo. uult textus dicere singuli & singuli quo quid absurdius quia prima dictio omnes exponitur idest singuli & sic sunt duo singuli.

In ver. Et similiter inter omnes & singulos suprascriptos alios idest iter omnes positos in omnibus tribus ordinibus superioribus inter se concurrentes per dictionem omnes ut supra exposui in qualibet sui parte idest omnes primi ordinis uel secundi uel tertij inter se concurrentes & singulos idest singuli nominati in quolibet ordine uel parte ut nobiles ex genere Ducum Marchionum uel Comitum inter se concurrentes & Prothonotarij inter se & referendarij inter se & sic de singulis officialibus ibi positis & in secundo ordine uel parte omnes idest nobiles ex inferiori genere & Doctores & Magistri & familiares inter se & singuli idest nobiles inter se & Magistri inter se & Doctores inter se & familiares inter se & sic in tertio ordine magis qualificatus minus qualificato preferatur & ideo male dicit gl.

in.q.dicens quod filius Ducis tollit diligentiam processus filio Marchionis uel Comitis quia in duobus errat nec filius Ducis tollit diligentiam processus filio Marchionis sed sunt pares ut supra dixi in secunda parte & probatur quia non potest negari quod omnes isti reputentur Illustres per textum supra in secunda parte ibi qui reputantur illustres sed certum est quod inter illustres non est ordo quia omnes sunt primi ordinis licet in.ff. ponantur in diuersis Titulis unus post alium & omnes unius ordinis sunt equales inter se & ab uno ab alio non potest appellari quia non cadit ordo inter eos ut per textum in aucté. de appellationibus.§. illo uidelicet & ibi Angelus Colla. quarta nec casu quo tolleret diligentiam processus non sequitur quod tolleret qualitatem maiorem per istã regulam quia magis qualificatus prefertur minus qualificato & non attenditur ad capitulo duobus & sic male argumentatur de minori ad maius quia qui tollit minus nõ tollit maius iura sunt uulgata sed maiores prerogatiue sunt iste posite in hoc textu quã ille de dicto capitulo duobus, ut dixi supra in prohemio & stantibus antellationibus huius regule non habet locum dictum capitulum duobus quia non est perplexitas, ut probatur supra in dicto prohemio tamen glos. forte fuit decepta quia non habebat ista uerba que nunc sunt in hac regula scilicet in qualibet sui parte eos respectiue concerneñ.

Super Ver. alios Ista dictio excludit positos supra in quinta parte concurrentes inter se non cum aliis & graudatos positos hic in pricipio illius sexte partis inter se sed non excludit omnes supradictos quando concurrunt cum alijs ex supradictis in alijs partibus quia dictio alios licet excludat tamen dictio exceptiua exceptuat solum id quod principaliter est dictum ut per Signori. de homodeis in consilio. 43. in col. prima uersiculo modo capio primam partem, & in uerbo alios tenet Fulgosus in consilio. 100. in secunda col. uersicul. illud nãq; ubi dicit quod uerbum alios excludit solum illos de quibus erat facta mẽtio specialis sed supra non erat facta mentio specialis quando graduati uel familiares concurrunt cum alijs exceptis illis qui ibi ponuntur sed principaliter erat dictũ quando isti concurrunt inter se non quando cum alijs ergo non excludunt quãdo cum alijs concurrunt & sic uerbum alios ponitur proprie ex quo in dicto cõsilio idẽ Fulgosius decidit unum dubium testator iter cetera legauit uxori sue omnia & singula bona mobilia & immobilia iura & actiões & eandem heredem instituit in omnibus suis alijs bonis mobilibus & immobilibus iuribus & actionibus in quibus substitutionem fecit Scholam Sancte Marie de batutis dubitabatur ex quo dixit alijs & sic exclusit legatum quomodo intelligantur illa uerba mobilia cũ ponãt ẽt in substõne & sic ueniãt in substõne & determinat ibi qđ intelliguntur de bonis mobilibus que post testm̃ fuerunt quesita & in legato ueniunt illa que ante testamentum habebat & sic illa dictio alijs solũ excludit que nominauit & erant tunc non autẽ illa que postea quesiuit & sic in casu nostro dictio alios excludit quos supra nominauit inter se non cum alijs concurrentibus

sed in casu quo concurrerent ipsi inter se prout ponitur supra. Item quare fami liares debent excludi a prerogatiua magis qualificationis quam alij cum sint positi in quinta parte ad habendum priuilegium & si intellectus glos. esset ue- rus erant positi in damnum suum & illa que ponuntur ad augmentum non de- bent reportare diminutionem ad not. in auctentica sed Episcopalis. C. de epi- scopis & clericis & si diceret qs hoc est uerum in familiaribus non autem in gra duatis dico quod idem debet esse in graduatis cum illa determinatio alios respi ciens plura determinabilia equaliter debet determinare pro ut argumentatur Socinus in hoc uerbo alios in consilio ducentesimooctuagesimoquinto in se- cunda collumna uersiculo preterea & quarto ubi decidit talem questionem pre- positus & canonici & alij beneficiati ecclesie collegiate Pratensis Pistoriēsis dio- cesis obtinuerunt apio secundo exemptionem ut essent exempti a iurisditione Episcopi Pistoriensis eiusq; officialium & aliorum quorumcunq; ordinariorum iudicum &c. dubitabatur an essent exempti a dicto preposito & determinat ibi quod appellatione aliorum Iudicum ordinariorum non uenit prepositus ipse quia ipse non habebat super se aliquam iurisditionem. l. penultima. ff. de arbi- tris & capitulo finali de Peni. & remissioni. & ideo non potest intelligi quod ipse fuerit exemptus a seipso, per consequens nec potest intelligi quod Canonici & alij Clerici sint exempti ab ipso ut equalis fiat determinatio per iura ibi allega- ta simile in casu nostro si non excludit hoc uerbum alios familiares ergo nec gra duatos &c. & facit glos. in uersiculo alij in Clementina secunda de uita & hone state clericorum secundo probatur quia Papa supra in Prohemio dixit quod da bat prelationes iuxta conditiones & merita personarum sed hic sunt secundum suam regulam ergo &c. & quod ualeat argu. a uerbis prohemij not. idem Soci nus in dicto consilio ducentesimooctuagesimoquinto in parte secunda in co- lumna prima uersiculo primo ex uerbis & per Baldum in. §. quibus. C. de nouo co. compo. & dixi supra in dicto prohemio in not. i. & quod hic sint conditio- nes & merita personarum iuxta dispositionem huius regule patet ex supradi- ctis ordinibus ponendo casum quod unus graduatus habeat plures gradus & sic magis qualificatus ex quo determinatur questio quam ponit hic glo. quod si unus ex supradictis ordinibus concurrat cum graduato magis qualificato eiusdem ordinis, ut pono exemplum unus Magister in Theologia & Doctor in utroq; secundi ordinis concurrit cum nobili uel familiari eiusdem ordinis quis debeat preferri & Certum est quod magister est magis qualificatus quia in eo quod est magister est equalis cum nobili uel familiari in eo quod est do ctor est magis qualificatus ergo per istum textum debet preferri glos. tamen hic tenet quod iste tex. non loquitur in hoc casu propter dictionem inter que excludit extrema & includit terminum cui adiungitur & medium extremo- rum per glos. sibi not. in capitulo presens in principio uigesima questione ter- tia & in clementina prima in uersiculo inter subditos de foro competenti, sed

glos.

glos.in dicto capitulo presens loquitur de uerbo intra & nihil ad propositum iu dicio meo & glos.in clementina prima facit contra se que dicit quod inter non subditos concedo sed hic dicitur inter omnes & singulos supradictos ergo excludit non supradictos bene tamen isti sunt supradicti ergo nihil ad propositum melius allegasset dictionem alios que est dictio exclusiua supradictorum, ut per Fulgosum in consilio centesimo in secunda collumna, sed non habebat in sua littera & ideo miror quare dixit supradicta tamen non obstat ut supra dixi & que ratio erat quod isti cum sint magis qualificati non debent gaudere isto priuilegio sicuti alij immo melius & ne sequatur hoc absurdum & ne dispositio remaneat defectiua etiam uerbum alios ponitur implicatiue arg.textus in.l.i.§.si ex fundo & in.l.si ita quis heres institutus fuerit excepto fundo.ff. de heredibus instituendis & ita ad propositum in hoc uerbo allegat illa iura Fulgosus in dicto consilio centesimo & probatur hoc arg.textus supra in quinta parte ubi disponitur quando graduati concurrunt cum familiaribus & uoluit quod obseruaretur ius commune ergo a contrario sensu qñ cõcurrũt cum alijs militat iste textus in hac sexta parte & non est credendum quod Papa reliquit hoc in dispositione dicti capituli duobus ex quo nihil dixit ibi in quinta parte nisi de illis graduatis & familiaribus ultimo loco scriptis & tamen sunt conditiones & merita item facit ad hoc textus in prima consti.C.de no.C.com.§.qnibus ibi si iuris aliqua diuisione adiuuentur & Bartolus in.l.omnes Populi collumna decimatertia.ff.de ius.& iu.loquendo in materia statutaria & Fulgosus in dicto consilio centesimo in secunda columna & que ratio est quod si duo scriptores apostolici concurrant & unus est doctor & alter non quod non debeat attendi ad qualitatem nulla ergo dictio alios ponitur hic ut supra dixi & si opponeretur quod si duo scriptores apostolici sint Doctores & sic equales in qualitatibus quis debeat preferri hic non est determinatum quia non est conditio uel meritũ psonarum cum sint equales ergo sic dicamus in alio casu qđ Papa nõ determinauit,qa rñdeo qđ tũc Papa nõ determinauit qa equales & nõ ẽ cõditio uel meritũ plus in uno quam in alio & iõ cessat rõ huius tex. q̃ ponitur in phemio & tunc relinquitur in dispositione dicti.c.duobus ,sed in alio casu supradicto secus quia sunt conditiones & merita personarum inequales ideo militat ratio prohemij & non est credendum quod papa hunc casum non determinauit cum in prohemio dixit quod iuxta conditiones & merita personarum uolebat quod assequerentur beneficia ecclesiastica uigore gratiarum expectatiuarum suarum sed hic sunt considerate ab hoc regula ergo &c.

¶Sequitur Septima pars.

Ipsi tamen familiares Sanctitatis sue supradictis .xij. familiaribus Cardinalium ceteris paribus preferantur.

Hoc dicit quod si familiares Sanctitatis sue ultimo loco scripti concurrant cū xij. familiaribus cuiuscunque Cardinalis & sint pares in alijs qualitatibus & gradibus ita quod nullus sit magis graduatus uel magis qualificatus qualificationibus uel gradibus consideratis ab hac regula preferantur familiares Pape supradictis familiaribus Cardinalium.

Et dubium erat quia supra in tertio ordine erant positi coniunctim & sic quantum ad preferendum se alijs equiparabantur & inter se etiam erant pares & sic habebat locum dictum capitulum duobus tamen hic Papa dat eis prerogatiuam & antellationem quod cessantibus alijs prerogatiuis huius regule idest quod sint equaliter graduati & qualificati & sic ceteris paribus preferantur familiaribus Cardinalium sed si preferuntur ergo cessat dictum capitulum duobus quia iam non est perplexitas.

Ibi tamen not. quod nihil erat dispositum in iure nec in facto in hoc casu quia ista dictio tamen est aduersatiua in iure & in facto ut supra dixi in quinta parte super dictione autē & tenet hic glos. & tamen non potest negari quod isti de quibus hic essent positi supra in quarta parte unus post alium & secundum lecturam glos. tollebant diligentiam processus quod hic negat ergo ordo littere non attenditur in hac regula sed ordo Cellularum uel graduum alias ista dispositio ī hac septima parte esset superflua quia iam erat dictum ex quo ordo littere tollebat diligentiam processus ut tenet glos. & male ad quid hic datur prerogatiua istis familiaribus immo secundum intellectum glos. hic si non tollunt diligentiam processus potius datur familiaribus Cardinalium contra familiares Pape quod non sonant uerba ibi preferantur familiares Pape familiaribus Cardinalium ideo teneo quod supra dixi quod in hac regula non attenditur ordo littere sed ordo partium uel Cellularum,

Ibi Ceteris paribus scilicet meritis & conditionibus personarum consideratis ab hac regula & sic quod sint eiusdem ordinis & non sit unus magis qualificatus uel graduatus quam alter quia ad ista se refert non ad ea que sunt de iure cōmuni idest de capitulo duobus cum sint alterius qualitatis, quia antellationes huius regule sunt diuerse in substantia & qualitate ad illas de capitulo duobus quia ille de iure communi iste de iure speciali iste iuxta conditiones & merita personarum ut supra in prohemio & sic iustiores arg. text. in capitulo de multa in fin. & in capitulo cum secundum apostolum de prebendis ille ratione perplexitatis & exorbitantissime & ideo tenent doctores quod ille textus debet intelligi in casu proprio in quo loquitur & non ampliandus & idem tenet Petrus de Ancharano in cōsilio .55. nec obstat decisio. Rote. 100. in nouis ubi tenet contra dictos doctores dicens quod satisfacit presentando litteras executori

Pape

Pape licet non collactori ordinario quia respondeo quod decisio non ampliat Immo loquitur in proprijs terminis quia textus non dicit cui debet presentari in secūdo responso ideo satisfacit presentando cui potest presentare et & iō male loquuntur doct. in dicto capitulo duobus dicentes contra dictam decisionem nihilominus non potest negari quin dicta decisio in dicto .c. duobus sit exorbitans intelligendo prout supra dixi in prohemio & uerbum ceteris de proprio suo significato denotat diuersitatem in substantia & idemptitatem in qualitate, ut per Fulgosum in consilio. 118. in fine secunde collumne per textū sing. iam supra allegatum in. l. finali. §. finali & ibi Bartolus. ff. de tri. ui. ol. le. ubi Fulgosus in dicto consilio per supradicta determinat unam not. questio. quod Ioannes & Thomas apocrisarij sedium orientalium erant Episcopi ex quo est uerbum ceteris Episcopis quia uerbum ceteris licet denotet diuersitatem in substantia tamen notat idēptitatem qualitatis & sic quia hec antellatio uel prerogatiua que datur hic familiaribus Sanctitatis sue est de iure speciali huius textus ceteris debent intelligi antellationes uel prerogatiue huius regule ut sint eiusdem qualitatis & sic uerbum ceteris non refertur uel includit ad uel antellationes uel prerogatiuas dicti ca. duobus que sunt diuerse in qualitate & substantia ad istas huius regule ut supra probaui nec obstat quod quidam opponebat quod Papa etiam hic fecit mentionem de diligentia processus ex quo dixit supra in quinta parte ius commune seruari uoluit quia antellationes dicti capituli duobus non sunt iuxta conditiones & merita personarum & Papa hic dicit quod uult dare eas iuxta conditiones & merita personarum & in dicta quinta parte non dat prerogatiuam aliquam diligentiori in processu sed equat familiares graduatis & dicendo ius commune seruari uoluit uult dicere quod sint equales in conditionibus & meritis & sic dat conditionem familiaribus non iuri Communi quia non erat necessarium quia iam erat dispositum illud de iure communi & hic non daretur prerogatiua istis familiaribus cum cetera debent esse paria nisi tolleret dictū capitulū duobus & in prohemio dixit Papa quod uolebat dare antellationes iuxta conditiones & merita personarum & sic tollere dictū capitulū duobus & sic dedit hic ergo &c. & prout ibi dixi semper quod sint conditiones & merita personarum cessat dictum capitulū duobus & idem tenet glosa ibi licet hic teneat contrarium & male dum querit an familiaris Pape tollat diligentiam processus & alia de dicto capitulo duobus & tenet quod non & textus iste ad hoc uenit ut daret prerogatiuam & tolleret ea dicto capitulo duobus quia Papa in tertio ordine posuerat familiares suus & Cardinalium & sic equiparabantur & ideo inter eos uidebatur habere locum ius commune & sic quod diligentior in processu preferreretur quod etiam uidebatur probare per quintam partem suprapositam ad quam se refert ista pars in illa aduersatiua tamen quod tenet glosa hic ubi quando isti familiares concurrunt cum graduatis tertij ordinis habet locum ius commune idest dictū capitulū duobus quid si concurrant inter se familiares sui & familiares Cardinalium uidebatur quod etiam deberet seruari ius commune idest dictum capitulū duobus

si essent pares in alijs qualitatibus, sed quia magis dilexit suos prout est rationa/ bile,ut fecit Christus quam Cardinalium & ne remanerent in perplexitate & sic in dispositione iuris communis de.d.c.duobus dicit qd' ceteris paribus pferant. idest si sunt equaliter qualificati uel graduati non dicit prout supra dixit quod p/ ferantur qualitercunq; qualificatis & sic nō uult Papa quod hic habeat locum ius commune idest dict.ca.duobus & sic dictio tamen est aduersatiua in iure & in fa/ cto quia in dicta quinta parte uoluit quod obseruaretur ius commune quando cō currunt isti cum graduatis hic uero non quando inter se concurrunt, sed ut sui p/ ferantur Cardinalium quando inter se concurrunt & ibi loquitur quando concur runt cum graduatis etiam ceteris non paribus hic loquitur quando concurrunt in ter se ceteris paribus & sic est aduersatiua in iure & in facto & a's si hic debebat ēt inter istos seruari ius commune prout dicit glo.ad quid fuerunt occupate tot mē/ brane quia poterat ibi in quinta parte dicere quod inter omnes illos obseruaretur ius commune & non hic iterum eos repetere & quod priuilegium daretur hic fa/ miliaribus Pape contra familiares Cardinalium cum secundum eandem gl.in ter tio ordine tollebant diligentiam processus & alia de dicto.c.duobus arguendo ab ordine littere cum essent positi prius in dicto tertio ordine hic autem dicit Contra rium quia isti familiares non tollunt diligētiam processus & hoc processit ex igno rantia significationis uerbi ceteris quia hic non ponitur uniuersale & sic ista glos. se contradicit quia alias potius daretur hic priuilegium familiaribus Cardinali/ um quam Pape secundum intellectum glo.& tamen uerba sonant in contrarium dum dicitur preferantur ergo eis datur priuilegium & non familiaribus Cardina/ lium & absurdum quod ponit glos.quod unus stabularius Pape preferreret fa/ miliaribus Cardinalium doctori uel nobili non potest sequi nec est uerum propter uerbum ceteris paribus quia uterq; dēt esse Doctor uel nobilis,uel nobilis cū Do ctore aut stabularius cum stabulario ad hoc ut procedat iste tex.Immo si intel lectus glo.esset uerus sequeretur suum absurdum quia si familiaris Cardinalium esset creatus in Canonicum uel diligentior in processu & stabularius quod potest esse ut supra dixi in prohemio preferreretur familiari Pape Magistro in Theolo/ gia & etiam doctori in utroq; iure ex graduatis positis in tertio ordine regule te/ nendo opinionem quod etiam si familiaris sit graduatus in quinta parte debet ser uari ius commune ut tenet glos.in sexta parte supra super uersic.Inter. licet male ut ibi dixi quia non erant cetera paria quia ex quo familiaris Cardinalium cōcur/ rit cum graduato tertij ordinis & familiari Pape & ex quo nō diligētiori in pcessu. iam non essent cetera paria & sic sequeretur suum absurdum quod unus stabula/ rius familiaris Cardinalium ex quo erat diligentior in processu preferreretur fa/ miliari Pape Magistro & doctori in utroq; iure & sic familiaritas Pape nihil si/ bi iuuaret quod probo sit per istud exemplum.A.stabularius Cardinalis &. B.familiaris Pape & Magister in Theologia & doctor in utroq; expositis in tertio ordine & . C . doctor alterius iuris etiam extra uniuersitatem gra/ duatus & sit expositis,in Tertio Ordine concurrunt inter se.A.fulminauit

processum

